

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia bd  
cum fonte primo

Auaricia secundum apostolum est ydolorum seruitus quia sicut ydolatria seruit simulacro, sic auarus seruit thesauro.

Nam ille cultum ydolatrie diligenter ampliat et iste cumulum pecunie libenter augmentat. Ille cum omni diligencia colit simulacrum et iste cum omni cura custodit thesaurum.

Ille spem ponit in idolatria  
et iste spem constituit in pecunia.  
Ille timet mutilare simulacrum  
et iste timet minuere thesaurum.

Innocencius ibidem (de uilitate condicionis humane).

Recte diffinit Apostolus: “Auaricia est idolorum seruitus.” Sicut enim ydolatra seruit symulachro, sic auarus seruit thesauro.

Nam ille cultum ydolatrie diligenter amplificat, et iste cumulum pecunie libenter augmentat.  
Ille cum omni diligencia colit symulachrum, et iste cum omni cura custodit thesaurum.  
Ille spem ponit in ydolatria, et iste spem constituit in pecunia.  
Ille timet mutilare symulachrum, et iste timet minuere thesaurum.

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 2.15 (R.E. Lewis ed., p.163, ll.1-9).